

nobis, &c. id est, propter nos Christus
 Iohan. 3. natus, & à Patre nobis datus est.

6. Describit hunc puerum à suâ omni-
 potentia: *Cujus imperium*: id est, qui
 propriâ auctoritate suum regnum potest
 defendere, & non opus habet alterius
 auxilio.

V S V S.

Facit hoc ad consolationem in lucta
 conscientia, omnisq; generis persecutio-
 nibus. Item, in agone mortis. Item, ad
 exhortationem, ut gaudeamus in Domi-
 no, & DEO gratias agamus, quod Filium
 suum nobis dederit.

DE II. LOCO.

I. Recenset Propheta titulos pueri
 nobis nati.

1. *Vocatur puer admirabilis*, sc. respe-
 ctu Conceptionis, Nativitatis, Perso-
 nae, &c. Est enim gigas geminae sub-
 stantiae.

V S V S.

1. Tim: 3. Videmus itaq; magnum esse mysteriû,
 quod DEUS sit manifestatus in carne.

2. *Consiliarius*. Ipse enim Patri fuit
 Osee 13. à consilijs, ut liberetur post lapsum ge-
 nus humanum.

V S V S.